

Q. K. 126, 16.



M. IO. CHRISTIANI SPINDLERI

LVCVBRATIVNCVLA

DE

VERSIBVS CVRIOSIS

QVIBVS

ERHARDVS WEIGELIVS

FONTEM DECORAVIT MATHEMATICVM.



NUMBURGI,

TYPIE IOANNI MICH. PRÜFFERI.

LACERATIVACIA
MARES CAVES
CANTABANT
ZILLONIUS



DVVM VIRIS
EGREGIE PIIS ET DOCTIS
PRINCIPI ECCLESIAE PATRIAE
CHARISSIMIS
MAGNIFICIS SVMME VENERABILIBVS
AMPLISSLIMIS
D. IOANNI GODOFREDO
HERRMANNO
ET
D. IO. IOACHIMO GOTTLLOB
A M E N D E
SVPREMI
QVOD DRESDAE SEDET SACRORVM JVDICII
ASSESSORIBVS GRAVISSIMIS

DOMINIS SVIS ET PATRONIS
PIETATIS AC REVERENTIAE STUDIO
VENERANDIS

Hasce paginulas, leve sane opus ac perpusillum,
non phrygionicum, TANTORVM VIRO-
RVM Oculis vix dignum devotis simae mentis adse-
etu consecrat et dedicat, et hisce novi anni auspiciis
secunda omnia prospera in dies singulos meliora lae-
tioraque pie precatur, simulque miti Patrocinio se
commendat

Autor.



Memorabiles cummaxime sunt versus, quos
ERHARDVS WEIGELIVS, Archi-
medes olim Jenensis, fonticulo ex ima aë-
dium parte aquam fundenti aureis litteris curave-
rat incidendos.

II.

Tempus edax rerum fontis mathematici for-
mam corrupit, versus etiam, qui fontem exorna-

A 3

bant,

VI

bant, valde deformavit; reliquiae tamen adhuc existant et adparent, quae oculis usurpari possunt.

III.

Hic vero est versuum, qui tot hominum animos laetitiae voluptate perfuderunt, simul etiam maximarum litium seminatores fuerunt, quem adhuc animo teneo, sonus:

Stiria fonticuli quoties saliendo novatur,

Esse tuum toties crede novatur homo.

IV.

Credebatur scilicet ERHARDVS ILLE, novam velle creationem inducere; ostendebatur e contraria parte, Sapientissimum Numen divinis et admirabilitatis plenissimis operibus magnum diem imposuisse; errorem habere magnam caudam, innu-

VII

innumerabiles alios, eosque perabsurdos paritum.
ram.

V.

Qui vero ad Censuram moderationem adferebant, laudabilem animi ingeniique sortem, paucis concessam, negatam plurimis, nihil in dogmate statuebant esse duriusculi, sed tantum mutationem quandam hominum, aquae cursibus assimilem, demonstrari contendebant.

VI.

Opinatione mea per τὸ Εὖ Weigelianum non hominis substantia, natura et essentia, sed qualitas illa intelligi debet, quae, ut Philosophi loquuntur, *majus et minus recipit*.

Hominis substantia, natura et essentia nec bonorum accessione, nec malorum contagione, ut
FLA-

VIII

FLACIVS erravit olim, immutari potest. Essentiae rerum sunt aeternae, immutabiles, nec Scarabaeus, ut PVFENDORFIVS iocatur, in gryllum campestrem transire potest.

VII.

Illa vero ποιότης, quae majus et minus recipit, variis subinde mutatur modis; alia de alia hora, aliud de alio dies aliquid novarum virium nobis adstruit, postremus vero et decretorius omnia corrumpit et perdit.

VIII.

Restat, primum ut etiam fonticuli Mathematici fontem ab oculos ponam. Poetam credo Mathematico occasionem praebuisse, qui ita cecinit:
— — Ut unda impellitur unda
Urgeturque eadem veniens, urgetque priorem,
Tempora sic fugiunt, momentaque cuncta novantur.
Ovidius Metam. XV.

Mitto

Mitto WEIGELII fontem, aquas suas fundentem;
 Mitto ejus versiculos, et me potius pie con-
 verto ad fontem perennem et inexhaustum salutis
 nostrae, *Dominum Iesum Christum*, de quo sanctior
 Christianorum coetus scit, credit et superbit, eum
 esse εμφατικοτάτως יְהוָה קָדוֹשׁ Judic. 15, 19.
 Gen. 24, 62. מִקּוֹר חַיִם Psalm 36, 10.
 בָּאָר לְחֵזֶקְיָהּ רַאי. Zach. 13, 1. מִקּוֹר נִפְתָּח Jerem. 2, 13 coll. 17, 13. πηγὴν τὸν οὐδα-
 ἀτος τῆς ζωῆς, Gen. 26, 19. ex inde agnus pollicetur
 se daturum sicienti potum aquae vitae gratis Apoc. 21.

Potissimum hoc tempore, quo Calendas Janua-
 riī sacratissimo suo sanguine in circumcisione mitif-
 sime saliente inaugurarit, eoque vota, spem et exspe-
 ctationem nostram Deo commendavit. Hunc adeo.

B

Hunc

X

Hunc adoro, et εἰ τῷ πληρώματος ἀν τῷ vota, quae
pietas debet, desumo, certissime persuasus, χάριν
αὐτὶ χάριτος nos esse accepturos.

Effusas enim gratulantium catervas Vobis, Ec-
clesiae Decora, obviam videre videor. Certatim ad
Vos, Zionis custodes, omnes suppellec̄tilis Jovae ge-
statores confluunt. Quilibet Vestrae salutis au-
gmentum ad sui gaudii complementum pertinere
credit.

Nec ego, sub umbra ruris latens, sileam. Ad-
jungam mea, quae propriae salutis ratio suader,
subjectissima devotione, vota.

Sit

Sit Nomen Domini Vobis turris fortissima. Sit Deus ipse Vobis Vestrisque semper adjutor in opportunitate. Sit hujus anni tam favorabilis anni cursus, in quo omnis felicitatis affluentia, quae in mortales cadit, cumuletur; novis quotidie accessionibus augeatur; auctisque addatur perpetuitas, ita, ut omnis vita Vefra ad canitem sit felix, secretis omnibus malis, cumulata bonorum complexio. Hoc cupid. Hoc summa religione expectat. Hoc votis precibusque poscit. Hoc fore sperat atque confidit Nominum Vefrorum cultor observantissimus.

Ne vero et mei prorsus sitis immemores, faveatis mihi, meisque laboribus, meque Veftro Patro-

Zf 3985 AH

XII

X 2871608

trocinio habeatis commendatum. Hoc mihi erit
canquam pulegum adversus rutam.

Dab, Hassenhuse ipsis Cal, Jan, xixcccicis,

ipso in dho omne leticetis amicentis dñe in mor-
tis eodie, emulcenti; nona domine recessione
pro speclis; singulari squalidam spectaculo,
de omniis artis vix saeundum ut fieri se-
ceris omnibus in multis potiorum cor-
plexio. Hoc ad
genit. Hoc ad
lac situs c
accessus, mpm, meritis sapientiae, modus Veneris
-110-



91.5

Q. K. 126, 16.



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Farbkarte #13

Green

Cyan

Blue



M. IO. CHRISTIANI SPINDLERI

LVCVBRA TIVNCVLA

DE

VERSIBVS CVRIOSIS

QVIBVS

ERHARDVS WEIGELIVS

FONTEM DECORAVIT MATHEMATICVM.

NVMBVRGI,

TYPIS IOANNI MICH. FRÜFFERI.